ribus Quæſtoris. Hæc deeſt in Græco: Latine tantum habetur apud Julianum Anteceſſorem. In Authentica incipit: Viginti ſex adjutoribus Quæſtoris, quos Boëthos dicunt Quæſtoris, liceat in ſuo loco alios ſubſtituere &c. deſinit. Dat. C. Biliſ.

XXXVI. περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδοχῶν. De ſucceſſoribus eorum, qui in Africa degunt. Græce tantum extat Epitome. Latine integram vulgarunt Pithæus & Hombergius. Deeſt apud Julianum, ſicut & Haloandrum & Scrimgerum. In Authentica, incipit. *Omne infinitum &c.* Ut Africa, quæ Vandalorum temporibus &c.

XXXVII. περὶ τῶν ἐν Αφρικῇ ἐκκλησιῶν. De Eccleſiis conſtitutis in Africa. Epitome tantum apud Haloandrum ex Baſilicis Græce ſupereſt. Latine integra apud Pithæum & Hombergium, & in Authentica.

XXXVIII. περὶ βȣλευτῶν, ὥςε ἐν νεαȣ́γκιον καταλιμπάνειν τοῖς ἑαυτῶν βȣλευταῖς παισὶν. De Decurionibus, ut filiis ſuis Decurionibus quadrantem relinquant. Ad Ioannem Præf. Præt. per Orientem, iterum Exconſulem & Patricium. Dat. xv. Kal. Mart. CP. Biliſ. V. C. Coſ. In Authentica, De Decurionibus & filiis eorum. Dat. xv. Kal. Mart. CP. Indictione XI. Poſt Conſulatum Baſilii anno VII.

XXXIX. περὶ ἀποκαταςάσεως προικιμαίων, καὶ προγαμιαίων πραγμάτων, καὶ περὶ τῆς τεκȣ́σης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ μετὰ τȣ̃ ἀνδρὸς τελευτὴν. De reſtitutionibus dotalium rerum, & ad donationem ante nuptias pertinentium. Item de ea, quæ undecimo menſe poſt obitum mariti parit. Ad eundem Ioannem Præf. Præt. Dat. xv. Kalen. Maj. CP. Poſt Biliſ. V. C. Conſ. In Authentica. De reſtitutionibus, & ea quæ parit in undecimo menſe poſt mortem viri. Dat. Kal. Januar. CP. Præf. Biliſario Viro Clariſſimo.

XL. περὶ τȣ̃ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἀναςάσεως ἐκποιεῖν οἰκήματα κατὰ τὴν αὐτὴν κείμενα πόλιν. Ut Eccleſia Sanctæ Reſurrectionis alienare poſſit ædificia in ipſa civitate ſita. Ad Petrum Sanctiſſimum & Beatiſſimum Archiepiſcopum Hieroſolymorum. Dat. xv. Kal. Iun. CP. Poſt Biliſ. V.C.

Conſ.